













# HARMONIA MACROCOSMICA

S E U

## A T L A S UNIVERSALIS ET NOVUS, TOTIUS UNIVERSI CREATI COSMOGRAPHIAM GENERALEM, ET NOVAM E X H I B E N S

In quâ

*Omniùm totius Mundi Orbium Harmonica Constructio, secundum diversas diversorum Auctorum opiniones, ut & Uranometria, seu totus Orbis Cœlestis, ac Planetarum Theoriæ, & Terrestris Globus, tam Planis & Scenographicis Iconibus, quàm Descriptionibus novis ab oculis ponuntur.*

Opus novum, antehac nunquam visum, cujuscunque conditionis Hominibus utilissimum, jucundissimum, maximè necessarium, & adornatum

STUDIO, ET LABORE

ANDREÆ CELLARII PALATINI, Scholæ Hormanz in Hollandia  
Boreali Rectoris.



AMSTELODAMI,

Apud JOANNEM JANSONIUM,  
Anno MDCLXI.

*Cum Privilegio.*

*Extract nyt de Privilegie.*

**D**E Staten Generael der Vereenighde Nederlanden, hebben geconsenteert ende geotroyeert aen JOANNES JANSSONIUS Boeckverkooper tot Amsterdam, dat hy voor den tijdt van Vijfthien achter - een - volgende Jaren naefikomende, alleene in de Vereenighde Provintien sal mogen Drukken, doen drukken ende uytgeven het Werck genaemt *Harmonia Macro. Cosmica, continens diversas diversorum Aethorum, de totius Universi Orbium Situ & Dispositione sententias, ac Planetarum Theorias, &c.* Verbiედende alle ende een yegelijcken Ingefeten van dese Landen, het Voorz. Werck in't geheel ofte ten deel na te Drukken, doen na drukken, uytgeven ende verkopen, ofte elders na gedrukt binnen de gemelde Landen te brengen, op peine van de Naegedrukte Exemplaren, ende alsulcke somme van Penningen, als blyjckt by de Brieven van Oetroy daer van verleent:

*Gedaen in de Vergaderinge vande Hoogh-gemelte Heeren Staten Generael, in s' Graven-hage, den 21. Julij 1660.*

Geteeckent MAR: STAVENESSE, <sup>ut</sup>.

*Ter Ordonnantie van de Hoogh-gemelte Heeren Staten Generael.*

N. Ruysch.

**D**E Staten van Hollandt ende West-Vrieslandt hebben op 't Vertoogh ende verzoek van JOANNES JANSSONIUS Boeckverkooper tot Amsterdam verleent hare Attache, om de Vryheyd ende vruchten van het Bovenstaende Oetroy in alle maniere te genieten, als blyjckt by hare Brieven daer van gegeven: Onder het kleyn Zegel der voorsz. Landen, in den Hage den 27. Julij 1660.

Ter Ordonnantie van de Staten.

*Herbert van Beaumont.*

*Serenissimo, ac Potentissimo Principi,*

E T

DOMINO, DOMINO,

C A R O L O II.

MAGNÆ BRITANNIÆ

FRANCIÆ, ET HIBERNIÆ

R E G I,

FIDEI DEFENSORI.

*Domino suo Clementissimo.*

**R**EGIÆ TVÆ MAIE-  
STATI, REX SERE-  
NISSIME, AC PO-  
TENTISSIME, DOMINE  
CLEMENTISSIME, debetur  
opus hoc HARMONIÆ MACROCOS-  
MICÆ, quod admiranda OMNIPOTEN-  
TIÆ DIVINÆ Mysteria, & miracula,  
stupendam totius Vniversi Creatio-  
nem, Dispositionem, & Guberna-  
tionem, ac Rerum Humanarum Ad-  
ministrationem, .omni admiratione  
superiorem, ingenii obtusi lumine he-  
betiore indagat, & balbutientis styli  
verbis imperfectioribus eloquitur.

[?] 2

Nam

DEDICATIO.

Nam cum hujus RECTIONIS DIVINÆ indicia infinita, in tota Rerum Natura, se offerant, imò hæc ipsa tota quanta, nil nisi Miraculum, & Myſterium exiſtat, DIVINÆ OMNIPOTENTIÆ placuit recentiſſimo Miraculo REGIAM TUAM MAJESTATEM in Theatri Humani ſcenam producere, & indicium Mortalibus facere, non ipſorum molitiones vanas, ſed ſolum ARBITRIUM DIVINUM in tanta RECTI-ONE gubernaculum tenere. A nefariis Tyrannis, inaudito parricidio TUUM, & PATRIÆ PATREM, piæ memoriæ, REGEM omni laude majorem, è vivis exemptum, amiſiſti: Regno, & cunctis bonis orbatus in exilio inter peregrinos Exul & Extorris vivere coactus es. Odio internecino TE perſequuti ſunt inimici TUI, & inter ipſos peregrinos Extorri, & Exuli quietem, & vitam inviderunt: In humilitatis, & patientiæ Schola, invictiſſimo Res Adverſas animo, excipere didiciſti: Contra omnium hominum opinionem, ex Humilitate  
ad

D E D I C A T I O.

ad Sceptri Magnificentiam revocatus, ac in Solio Paterno, Avitoque collocatus, sine sanguine, & cæde, quietem dudum votis infinitis expetitam, **POPULO TUO** reddis. Myſteria hæc ſunt, & Miracula omnem captum ſuperantia **Hominum Mortalium**, ex quibus haud pauci, **Æquitate & Juſtitie Studioſi**, juſtiſſimam Parricidii horrendi, & Criminis **PATERNÆ MAJESTATIS læſæ vindictam**, atque **MAJESTATIS TUÆ REGIÆ** reſtitutionem æquiſſimam optare quidem poterunt, providere cum cæteris nequiverunt. Miraculum igitur eſto **Rationis Humanæ acumen**, & capacitatem penitus excedens, **MAJESTATIS TUÆ REGIÆ** Reſtitutio votis bonorum omnium unicè deſiderata; malorum, & hoſtium cunctorum rejecta; & omnium Mortalium opinione deſperata, quæ procul dubio **Magnam Mutationem proxime futuram**, & **Res Humanas alia ratione**

DEDICATIO.

disposituram, præcedit. In hac singulari quoddam DIVINÆ PROVIDENTIÆ Instrumentum futuram TUAM MAJESTATEM, argumento est admirabilis, & singularis illa conservatio, qua OMNIPOTENS ille HOMINUM CUSTOS REGIAM TUAM MAJESTATEM ex plurimis ipsius Vitæ, cui Hostes infensissimi omnis generis insidias locarunt, periculis præsentissimis eduxit, & in Regnum Paternum, Avitumque reduxit. Sic per TUÆ MAJESTATIS Restitutionem miraculosam splendidissimus, & fulgentissimus STUARTIORVM Splendor, & fulgor ex odii & furoris hostilis nubibus, quibus obscuratus erat, longè clarior & splendidior emerfit, & effulfit. Quam infinita verò emolumenta, ex tam miraculosa MAJESTATIS TUÆ Restitutione, in POPULUM TUUM, qui, Tyrannorum jugo excusso, ad obedientiam DOMINO SUO debitam, sapientissimo consilio,

DEDICATIO.

lio, se recepit, redundant, & redundatura sint; Quàm infinita commoda ad omnes Fidei Orthodoxæ cultores ab eadem proficiscantur & profectura sint, res ipsa loquitur. Vt in pauca conferam, TUÆ MAJESTATIS vitam intuens, ac DIVINÆ PROVIDENTIÆ ductum, atque reductum, quo TUI Vitalis in hoc Mundo Decursus Dispositionem moderatur, expendens, nil nisi Myſteria ſtupenda, nil niſi miracula admiranda deprehendo. Horum nomine debetur REGIÆ TVÆ MAIESTATI hoc HARMONIÆ MACROCOSMICÆ Opus, admiranda DEI OMNIPOTENTIS opera conſiderans, & conſcriptum ab eo, qui in eorum numero ſemper verſatus ſum, quorum votis indefinentibus nihil magis expetitur ac deſideratum eſt, quam ut SERENISSIMÆ TUÆ MAJESTATIS Reſtitutione, CELEBERRIMO ET OPTIMO POPULO BRITANNICO, priſtinus ſplen-

DEDICATIO.

splendor , pristina pax , & pristina felicitas restitueretur , & cunctis Fidei Orthodoxæ cultoribus , Defensio fortissima redderetur. Quod cum DIVINÆ PROVIDENTIÆ miraculoso , & admirando ductu effectui datum sit , cum omnibus Bonis effusa lætitia exultans **REGIÆ TVÆ MAIESTATI** hanc felicissimam Regni Paterni & Aviti recuperationem , animo humillimo , & subjectissimo gratulor , & in hujus Gratulationis signum ac monumentum Opus hoc offero , & consecro , humillima & subjectissima petitione contendens , ut **REGIA TVA MAIESTAS** Regio Favore & Clementia vile hoc munusculum amplecti non dedignetur , & Regio suo Favore & Clementia non recuset complecti eum , qui suis quoque olim orbatus , & in exilio vivere coactus , **REGIÆ TVÆ MAIESTATI** felicissimam

DEDICATIO.

mam in Regnum reversionem , &  
FRATRIBUS , PRINCIPIBUS CELSISSIMIS in  
suam Patriam reditum , animo subje-  
ctissimo gratulatur , Vitæ decursum  
prosperrimum exoptat , REGIÆ  
TVÆ MAIESTATI fortunati-  
ssimam Regni Administrationem ,  
totique POPULO BRITANNICO perpe-  
tuam felicitatem precatur , ac per-  
petuo manet

REGIÆ MAJESTATIS TUÆ

*Humillimus , & Subjectissimus Servus*

ANDREAS CELLARIUS PALATINUS.